

DEMETRIUS Phal. cum audisset, Athenienses fuisse demones status suas, quas illi proposuerant: At virtutem, inquit, non evertent, cuius gratia illas proposuerant. *Laert. l. 5.*
THEMISTOCLES Seriphio cuidam dicenti, cum non sua, sed patrie gloria splendorem assequutum. Vera, inquit, hercule narras, veruntamen nec si ego Seriphus, ignobilis, nec tu si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses. Sensit autem, non patriam, sed virtutem existimationem facere hominibus, & auctoritatem. *Plutarchus.*

PHOCION Atheniensis hanc divinam esse legem dicebat: Ut unica virtus sit potens, reliqua autem cuncta nugae. *Stobaeus serm. de prudentia.*

PLATO: Omnes opes, omnem rerum copiam virtuti concedere dicebat. *In Menexem.*
JAMBlichus, Ad virtutem, tanquam ad asylum, semper confugiendum dicere solebat: ne cui turpi injuria fortunae, expositus simus. *Stob. serm. de prudentia.*

AGESILAUS, Cum audiret Perfarum Regem magnum appellari. Quare major me est, inquit, nisi justior est, ac temperantior? Censuit vir justissimus, cum demum magnum esse virum, qui virtutibus omnes alios superaret. *Plut. in Lacon.*
APPOPHIS Idem, Cuidam seicantem, quae postissimum pueris esset discenda? Ea, inquit, quibus usuri etiam, cum ad virtutem pervenerint atatem: Recte censuit vir prudens, solam virtutem primum, ac statim à teneris unguiculis disci oportere, nec ullam aevi portionem artibus frivolis dandam: quae ut in pueris habent sustentationem plausibilem, ita nec grandibus decore futurae sint, nec ad seria vocatis utiles. *Plut. in Lacon.*
DECI, Cum scelerosum quendam hominem crudelissima tormenta magna animi fortitudine, ac infracto animo pertulisse audisset, miserum hominem esse indicavit: qui tam praeclearam virtutem in re tam inhonesta ostendisset: quam si ad res honestiores attulisset, magno usui Reipublicae esse potuisset. *Plut. in Lacon. Apoph.*

ARCHIDAMUS, ob superatos bello Arcadas cum à quodam laudaretur. Multo, inquit: praestantior erat, si illos prudentia quam viribus superasset. Intellexit dum nobilissimus, cum victoriam merito encomiis celebrari, in qua virtute alios vincimus, cum viribus à brutis etiam superemus animalibus. *Plut. in Lacon.*

CHARILAUS interroganti, quam arbitratum optimam Rempubl. In qua, inquit, plurimi cives de virtute inter sese decertant, circa seditionem. In plerisque civitatibus certamen est de opibus, & honoribus: de virtute qui certent, penè nulli. Quamquam hoc quoque certamen de honesto debet habentis servare, ne prorumpat in seditionem. Jam enim non est concertatio virtutis, sed ambitionis. Qui vera virtute praeditus est, nihil spectat, nisi ut proficiat Reipublicae. At seditio praesens venenum est civitatis. *Exasm. ex Plut. in Lacon. Apoph.*

ANAXANDRIDAS Leontis filius, cum quendam videret a cerbere ferre exilium, dixisse fertur: Noli, vir optime, exhorrescere exilium, à virtute enim, & justitia exulare, illud horrendum est. Sensit vir optimus, eos omnes exules esse, qui à virtutibus alieni sunt: eos autem nequaquam exules, qui variis virtutibus ornati ubique patriam inveniunt. *Plut. in Lacon.*

ANTIGONUS secundus adolescenti cuidam qui patrem habuerat fortem, quamvis ipse non admodum, ut videbatur, bonus erat miles, postulanti ut patris stipendia caperet: At ego, inquit, à adolescentule, non nisi ob proprias cuiusque viri virtutes mercedem, ac munera dare soleo. Hoc sermone juvenem extimulans, ut patris fortitudinem aequaret, si quantum ille capere solebat, vellet accipere.

D Apud Graecos major est dicti gratia ob vocum affinitatem, ad *paradias*, *parapayalios*, quae vox posterior, ad prioris imitationem efficta. *Plut. in Apoph.*

PITTACUS interrogatus quid esset optimum? Quod in praesentia, inquit, occurrit, bene agere. *Laert.*

AGESILAUS rogatus, quomodo quis maxime apud homines probaretur? Si dicat, inquit, optima, & faciat honestissima. Virtus enim ejusmodi est, quae ipsis statim rebus gestis ita afficiat homines, ut non modo admirentur opera, verum in autorem quoque summo studio incenduntur. *Plato.*

PANTHOLIDAS legatus cum in Atheniensem gymnasio Philosophos egregie de virtute disputantes audivisset, interrogatus, An placerent, quae jam disputata essent? Probae profecto, inquit, sunt istae disputationes, sed vobis plane inutiles: virtutem namque habetis in ore, factis autem non ostenditis. *Plut. in Lacon. Apoph.*

STADROBATES Indorum rex Semiramidi mimitans scripsit, si acie victa foret, se illam cruci affixurum. Sed illa ridens, Non

verbis, sed virtute certandum esse respondit. *Brufon. l. 7. cap. 3.*
Pratoris viris ab Hadriano Imp. petentibus, ut sibi de eip. E responderet liceret: rescriptit, manus non peti solere, sed praestare. Quare accingeretur, si quid sibi fidere, & populo sui speciem darent. Nam Augustus quò major esset Juris peritorum auctoritas, constituit, ut qui responderet vellet, id ex auctoritate Caesaris faceret, cum antea liberum fuisset: respondendi munus subire, quicquid sibi sibi fidere haberent. Sic hodie creantur DD. medicinae, juris artium Theologiae: cum hoc nomen promeruisse sit pulchrius, quam obtinuisse. *Erasm. l. 8. Apoph.*
ALEXANDER Severus Roman. jam factus Imp. audiens Artaxerxem instructissimo exercitu Rom. velle invadere Imperium: Nihil refert, inquit, ut enim, quae cum voluptate agimus, dulcissima sunt: ita quae cum virtute, gloriosa esse solent. *Herod. l. 6.*

* Vis. Violentia.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Vis *βία*, unde & *βίαιος* violentus, nunc pro fortitudine, nunc pro impetu, nunc pro virtute, sive possibilitate, nunc pro violentia usurpatur, nisi quod violentia dicitur vis major. *F. Hebr.* autem Chamas appellatur, quod nomen aliquoq. etiam rapinam, fraudem, & calumniam injuriosam significat. Apud Jurisconsultos conjunguntur vis, & potestas. Ut videtur *Tir. de Tutelis in insti. Jussum.* Immo & pro jure vis accipitur. Quamquam communiter de vi loquendo, accipere solemus pro vi, sive violentia, quidquid juri adversatur. *Cic.* Violentum appellat Philosophi, quod rei repugnat, neque movetur ab intrinseco, sed ab agente exteriori. Atque de eo dicitur: nullum violentum esse perpetuum.

PARTITIO.

Apud Jurisconsultos vis alia est Publica, alia Privata. Publicam proprie appellant, quae & armata appellatur. Privata est, quae sine armis infertur.

Deinde variae species violentiae numerantur apud *F. Baldinum in Insti. Tit. XV. de Interdicto*. Est enim vis, quae aliquem expellimus, vel deicimus, quae coerec interdictionem de *vi. 4. Insti. Tit. XV.* cujus initium, unde *vi.* & *que. vi.* quae turbamus aliquem, pertinet ad interdictionem retinendae possessionis, vis quam vocant inquietivam, ad interdictionem, Quod *vi.* aut clam.

Ceterae autem species benevolentiae habent certas actiones. Nam vis, ut loquuntur oblativa, pertinet ad actionem *G. bonorum*, quae rapta vis, vis compulsiva, ad actionem, Quod metus causa. Ita *Baldinus*.

Apud Philosophos, violentia alia est praeter naturam, alia supra naturam.

VIM, VIOLENTIAM ADHIBERE,

MINARI, INFERRERE, REPRIMERE.
Exempla, in Apophthegmata.

LYSANDER Cum Argivi de ditionis finibus ambigerent cum Lacedaemoniis, asseverarentque se justiores habere causam, Lysander stricte enset: Qui hoc, inquit, superior est, is optime de finibus disputat. Ab a quo, & bono vir insolens ad vim provocat. *Plut. in Lac.* Idem Ad Beroiotis accipites nec huic, nec illi parti addictos, cum per illorum confinia faceret iter, legatos misit, qui percontarentur, utrum rectis, an inflexis hastis per illorum agros proficisci deberet? Significans five amici essent Beroioti, sive inimici, nihilominus, se cepto itinere perreiturum, nisi quod per hostium agros iturus esset erectis hastis, ad propulandum, si quis obstitisset: per amicorum inverlis, veluti nemini nociturus. Hoc dictum nonnihil respicit indolis Laconiae: qui nec inimicis supplex esse vellet, nec amicis *H. gravis.* *Plut. in Lacon.*

THEMISTOCLES cum apud Andrum argentum peteret: Duos, inquit, ad vos adduco deos, Vim ac Sualionem, significans, si minus impetraret suadendo, se vi irrupturum. At illi responderunt: quod se quoque duas magnas esse deas, inopiam, & Impossibilitatem, per quas non liceret dare, quae petebat. *Plut.*

Conflavit Caesar magnam invidiam, quod Quidam ex his, quos Romam miserat, stans in senatu, simulataque cognovit Caesari senatum non dare prorogationem, manu capulum percutiens. At hic, inquit, dabit. Vim minitans Reipubl. *Erasm. in C. b. h. adib. Dixit eleganter Horatius l. 3. Carm. Od. 4. & ita ferres habet:*

*Vim temperatam Di quoque provelunt.
 In majus. Idem odere vires
 Omne nefas animo moventes.
 Tassis mearum centimanus Gigas
 Sententiarum notus, &c.*

Ita

Ita olim Deus superbiam Nemrod, & sociorum, ac subditorum illius, vires suas ultra facultatem, & naturalem potentiam metientium; in edificanda, turris stupendae, quae ad caelum pertingeret mole, labefactavit, inducra tot linguarum confusione, ut nemo intelligeret proximum suum. *Genes. l. 11. Ideoque sapienter monet. Ovid. lib. 3. de arte amandi.*

*Ardua nò fubeas ignote pondera molis,
 Nò bene hinc tergi robora mensa tui.*

VIS CONSILII EXPERTS MOLE RUIT SUA.

Verfus est ab Horatio delumptus *l. 4. Carm. Od. 4.* quo temeritas indicatur illorum, qui viribus confisi saniora consilia respiciunt. *Oppianus lib. 5. Halicarnic.* ita cecinit.

*Quis dicit inopis dicit invidiosus dicit
 Tòvov, dicit inopiosus, dicit invidiosus dicit inopiosus.* id est. *Nec robur tantum, quantum prudentia praestat,
 Nec species: solida vires sine morte fatiscunt.*

ISOCRATES rogatus, an vires praestarent prudentia, an de converso? Robur conjunctum prudentia profuisse, at ca destitutum, magis detrimentum habentibus fuisse edixit.

Milo Crotoniates id doceat, qui viribus, ut juvenalis scribit *Sat. 10.*

Confusus perit, admirandusque Lacertis.

B Dum quercum manibus convellere nititur, truncusque paululum conculsus ad reflexit, & venientis summas manus detinet.

Polydamus arguitur, quod cum speluncam venterem solus humeris excipere nititur, vix eadem oppressus interierit.

Quid Sejanum illum Tiberii Caesaris amentatorem referam, qui conditionis suae oblitus, dum per vim multa molitur, ut iterum juvenalis.

*numerosa parabat
 Excelsa turris tabulata, unde altior esset
 Casus, & impulsus praecipit immane ruina.*

Adde Imperia maxima, quae nimia virium confidentia ad interitum devenere.

Quaedam ex loco de Casu huc aptè referantur.

* HIEROGLYPHICUM.

Virium inordinatarum hieroglyphicum, & earum, quae abfque circumspeditione subinde adhibentur, veteres volvere *Bubalus*, sive ursum, ut qui agitur, & telo ictus, ita in persequentes se exardescit, ut etiam in arborem, aut murum, post quem illi latet, infurgat tanta ferocia, ut ante illum concidat, ac ferre concisat.

C Alii facientem accipiunt, hae enim dum apicandi studio in litus vicinum aliquando se elicit, & aqua refluxente in sicco relinquitur, fit, ut mole sua corruat, quique rei spectaculum Hollandia praebet anno M. D. LXXXIIX.

* Visio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VISIONEM hoc loco accipimus, non ut est idem, quod visus, aut actus ipse videndi: sed ut est specialis quidam modus Prophetiae, quae fit vigilantibus, unde *S. Thomas* dicit *2. 2. q. 174. art. 3.* videre visiones excellentissimas esse, quam somnia fomariare, quia major est vis luminis Prophetiae ad supernaturalia, quamque abstractam animam dormientis à sensibilibus reperit. Sunt tamen somnia quid perfectius, quando is loquitur Deus abfque visione imaginaria.

Aliquando accipitur visio pro omni Prophetia, quomodo **D** Prophetia appellatur Videns. *1. Reg. cap. 9.* quia scilicet oculis mentis, & lumine divinitus communicato, videt, quae Deus ei vult innotescere. De visione autem proprie dicta intelligitur, quod habemus *Ad. 2.* Juvenes vestri visiones videbunt.

Itaque visum, quae Graece *opsis*, vel *opsis*, Hebraeis *Koc* dicitur, est prophetia, qua mens spiritali oculo cernit objectum propheticum ipsi lumine caelesti representatum. Differt à verbo, quia illud sepe contingit sine visione, à somnio, quia plerumque visio aliquando accipitur pro concreto, id est, re viva, quomodo Moyses rubum vocat visionem. *Exod. cap. 3.* & Christus post transfigurationem dicebat discipulis, ne alicui dicerent visionem, quam viderant.

AD VISIONEM QUAE REQUIRATUR?

Ad visionem, quae multatariam contingere potest; requiritur Abulensis tanquam necessarium, ut fiat semper per immutationem sensibilem signi materialis, aut locutionis, aut imaginis in Phantasia. Sola tamen externa visio sine locutione non sufficit,

quia species visibiles non possunt significare aliquid nisi incomplexum; Prophetica cognitio est cum judicio, & de e complexis. Unde prophetia potest communicari per solam locutionem abfque visione, ut factum legitimus pueri Samuelis, quem tertio Deus vocavit. *1. Reg. l. 3. 4. & 16.*

Sunt tamen, qui cum Lorino sentiant, aliquando sufficere ad formandam complexam cognitionem, immutationem per species internas abfque locutione reali. Immo interna locutio aliter fieri non videtur, quam per representationem specierum.

VISIONES QUI VIDERINT?

ET QUALES. QUIBUS DE CAUSIS, &c.

Videatur *Locus de Apparitionibus.* Et scripsit late de hac re *M. Anton. Del-Rio* in *disquis. Magicis*, & *infirmis* propè visiones adducit, easque quovis saculo evenisse, selectis scriptorum testimoniis confirmat *lib. 2. quæst. 27.* Vide etiam *locum de Spectris*, & *Sepulchris.* Item multa in *loco de Spiritu.*

Vifus.

* DEFINITIO, ETYMOLOGIA, MODUS.

Vifus *ὄρα* Græcè, est ipse actus videndi, seu facultas, qua *F* oculus videt, sive per quam fluit ab eo visus, receptus à re visibili imaginibus, non autem emissionem radiorum ab oculo, ut aperte tenet cum Aristotele Peripateticorum Schola in *l. de animal. 2. cap. 7.* Fit autem visio in humore crystallino, sive crystallino sita in medio aliorum humorum, ut quo laeso, visio amittitur. Sunt tamen, qui arbitrantur visionem fieri in congressu nervi optici: at tamen convelluntur per hoc, quod ita illi, in quibus nervi hujusmodi inter se minimè junguntur, deberent aut visu carere, aut omnia videre duplicia. Cujus tamen contrarium experientia docet. Immo *Velesius lib. 4. c. 4. Anatom.* scribit, se quendam Patavii dissecuisse, cujus nervi visorii à cerebro ad oculos visus diffusi pervenerunt, qui tamen geminata à simplicibus internoceret, & affirmaret nunquam simplicia sibi via esse duplicia.

* VISUS PRÆSTANTIA, OBJECTUM, &c.

Vifus præ aliis sensibus excellentiam *Aristoteles l. 2. c. 7. de Anima* elicit, cum ex parte objecti, quod cum coloris, & lumen comprehendat, etiam ad corpora caelestia, & immortalia se diffundit: tum ex parte organi, quod nobilissimum est, maximeque conspicuum: denique ob excellentem cognoscendi modum, qui à materia liberior est, & magis expeditus, ac certus, unde rogatus *Thales*, quantum veritas abesset à mendacio? Quantum, inquit, oculi ab auribus. Significans ea fidem mereri, quae oculis patent.

Objectum autem adaequatum vifus est, spectabile, seu visibile, quod non modo colorem comprehendit, sed etiam splendorem tam earum rerum, quae noctu, & in tenebris duntaxat conspiciuntur, ut quaedam ligna putrefacta, squammas aliquorum piscium cicendicula, & alia hujusmodi, quam cæterarum rerum, quae etiam in lumine videntur, ut ignis. Est autem per se visibile, quidquid per se convenit sub aspectu cadere: quia nempe ab illius natura dimanat. Unde plura apud Aristotelem, & Interpretes loci allegati.

ACUTA, VALIDA. RESPECTU OBJECTI, VEL MINUTI.

Illas Homeri in membrana adeo concisè, & minutim à quodam olim fertur notata, ut testa nucis includeretur, teste *Cic. Plin. l. 7. c. 21.*

MYRMEXIDES quidam quadrigam ex ebore fecit, quam *H* musca alit tegeret, & navim, quae apiculae alis abscondi posset. Callicrates Formicas, & alia minuta animalia in ebore fulpsit, quorum patres quaedam ab aliis cerni nequibant. *Solinus c. 6. Plin. l. 7. c. 21.*

TACITUS Imp. etiam fenex minutulas literas ad stuporem legebat. *Cassiodorus.*

FRANCISCO Petrarcae adeo firma, & acris oculorum acies, ut sexagenarius literas etiam minutissimas legeret, nullo vitreorum praesidio. *Hieron. Squarazicus in ejus vita.*

LEO X. Papa habuit oculos extantes, convolutosque, & hebetes: verum si ad pupillam inspicenda propius admovebat, super fidem acutissimos: supplices enim libellos per minutissimis literis, & crebris syllabarum compendiis prophanerant cœlestis, & distinctissime lectabat: admodum autem crystallo cavata oculorum aciem in venationibus, & accipis adeo late extendere erat solitus, ut non modo spatium, & finibus, sed ipsa etiam discernendi felicitate cunctos anteciret. *Jovius in Leone XL. Longin.*

A E LILYÆO Sicilia breviffimus in Lybiam curfus centum & viginti feptem millibus paffuum à Carthagine diftat. Vatro tradit. ex hoc promontorio Strabonem quendam bello Punico primo folitum naves perfpicere, quæ ex portu Carthaginiis proficifcerentur, ita ut & numerum exponeret. Sabellius l.9. En.4. ex Plin. l.6. c.21. Strabo lib.6. intervallum fcribit M. D. ftadium, neque nomen apponit. Val. Max. lib.1. cap.8. Lynceum hunc vocant unde quoque proverbium, Lynceò perfpicacior. Aelianus lib.11. de Var. hift. Splendidi.

Gymnophifta Indorum philofophi, ab exortu ad occafum peritant contuentes folem immobilibus oculis, acque etiam ferventibus arenis toto die alternis pedibus infiftunt. Plin. l.7. c.2. Vide locum de Oculis.

MEDII, VEL. Corporum.

LYNCEUS frater Idæ, filius Aphareï regis Mefleniorum, tanta videndi excellentia, ut vix id videret quod aliis, ut etiam per quercum ftipites cerneret. Cæf. lib.11. cap.13. ex Paulanis Meflenicis. Apollonium in Argonauticis fcribit terram iftam oculorum acie penetraffe, quæque apud inferos fierent pervidiffe.

PLUTARCHUS adversus Stoicos afserit, famam fuiffe de Lynceò, quod faxa quoque, & arbores oculorum acie penetraret. Pindarus in Nemeis hymno 10. meminit Lyncei, qui ex Taygeto monte viderit Caftorem, & Pollucem fub quercu trunco fatiantes, & horum alterum jaculo vulneraffe. Plin. l.2. c.17. Noviffimam, inquit, lunam, primamque, eadem die vel nocte, nullo alio figno, quam in Arctice confpici: id quod paucis mortalium contigit. Et inde fabula cernendi Lynceò. Sunt qui tradunt, Lynceum primùm reperiffe fodinas metallorum, æris, argenti, auri, & hinc vulgò natam fabulam, quod ea quoque videret, quæ fub terra forent. Ex Lycophroni interprete. Tenbricof.

TIBERIO Cafari ea fuit oculorum natura, ut expergefactus noctu paulifper haud alio modo, quam luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris fe obducere. Sueton. Id ipfum & fibi quandoque obgitiffi Cælius teftatur l.15. c.2.

HIERONYMUS Cardanus prima juvenia cum Tiberio hoc commune habuit, ut expectatus in maximis tenebris omnia luftret. Paulo poft tamen vis illa evanecebat. Causam effe ait, cerebri caliditatem, fpirituum tenuitatem, & imaginatricis viam. Teftatur ipfe met. 43. l.8. de verum Var.

TERRIFICA.

OLO Syvardi F. Norvegus, ex Harald Danorum regis forore editus, adeò vifu effertus erat, ut quod alii armis, ipfe oculis in hoftem ageret, ac fortiffimum quemque vibrante luminum acritate terretet. Saxo lib.7.

INSOLITA.

Aristot. 3. de Colo. l.3. Meteor. c.11. affimat, quendam, qui hebeti oculorum acie premebatur, nec acutè videbat, femper fuiffimus fimulacrum præcedere vidiffe cum ambularet, quod tamen converfum ipfum fpectaret, cujufmodi è fpeculis imagines redduntur. Alexander Aphrodiſienſis narrat, aliis in libris Ariſtotelem nomine ipſum appellaffe. Antiphoſentem Oritem, feu Tarentinum. Quod nomen invenitur in libro de Memoria: fed ibi loquitur Ariſtoteles de ipſo, ut de infano, & qui ea, quæ viſa forent, facta ob furorem illum putaret. Viſtorius lib.25. Var. l.6. cap.22.

Vitelio Opticorum ſcriptor refert idem accidiffe Studiofo cuidam amico ſuo, qui cum noctes aliquot infomnes duxiffet, ac peregrè proficiffi cogeret, per fluminis crepidinem obeguitans, ubi aer denſus, & caliginofus erat, alterum equitem vidit ſibi præcurrentem, atque omnia planè facientem, quæ ipſe faceret. Quod cum ad Viſellionem detuliſſet, ab eoin- tellexit, fe ſibi terrori fuiffe: nec aliud quicquam vidiffi, quam fuiffimus fimulacrum ab ære denſo reflexum.

DEBILIS, REMISSA.

Conſule Tit. Luſcorum, Coclitum. Illic Morbus, hic Adio leſa conſideratur.

Albanie in ultima terra incolæ propter debilem viſum noctu tantum cernunt: interdù debile lumen à fulgore diei difficitur. Gell. lib.9. cap.4.

In Cumana regione Peru littorali homines parvi vident: nebulæ enim in eorum oculis generantur, feu ex fluminis natura, feu ciborum, quibus veſcuntur. Card. de Rev. var. l.1. c.4.

De Aſpero Marti, Epigram. lib.8. Formoſam planè, ſed cæcus diligit Aſper. Plus ergo, ut rei eſt, quam videt, Aſper amat.

PHILIPPUS Vietcomes, princeps Mediolanenſis, ſecreto cubiculo maximè gaudebat, & in id pauciſſimos admittere, arcere ſalutantes, negotia tractare per interpretem, & demique reformidare cæcus hominum ſolebat. Hebetata enim oculorum acie, quod aduentium facies non planè diſcerneret, affiduo nomenclatore, & monitore diſſimulante utebatur, ne omnino captus oculis à minus familiaribus putaretur. Jovius in vita Philippi.

VALENTINUS BORZIUS Rubeazenſis, natura luſcus, manè ad ſolita exurgens ſtudia, candellam accenſurus, eadè ſulſure illitam oculis felis, foco aſſidentis, carbonum inſtar lucentibus, admovit. Felicium ſtridore reſiliens, tantum miſero terrorem inculſit, ut tanquam ſpectro conſpecto in cubiculo tremebundus fugeret, & vix tandem errorem ſuum multo cum riſu dilueret.

VISUS CIRCUMSPECTIO, ET CUSTODIA.

Historias cum ſacras, tum profanas bujus Argumenti require in loco de Oculo, Tir. Oculorum cuſtodia, quibus adicimus ſequentes.

DIOGENES animadvertens, Olympionicem quendam fixis oculis ſortium formoſiffimum intuentem: Ecce, inquit, ut artes Martius à puella publica oborto collo victus abducitur. Notavit autem hominis oculos intemperantiſſimos, quibus ſortium oborto etiam collo, quamdiu poterat, intuebatur. Laert. lib.6.

XENOCRATES dicere ſolebat, nihil intereſſe, pedefne, an oculos in aliena domo defigeres. Eodem enim modo peccare tam eum, qui oculos in loca, in qua non convenit, verteret, quam eum, qui quo non licitum eſt, veſtigia inferret. Aelianus l.1. de var. hiftor.

PERICLES Prætor collegam fortius Sophoclem poetam, cumque in navigatione Sophocles viſiffet adoleſcentem formoſiffimum, ait: En quam ſpecioſus adoleſcentiſſi reſpondit Pericles, decet, o Sophocles prætozem non modo manus, ſed oculos, & linguam habere abſtinentes. Plut. in apoph. Stob. ſerm. 5. c. l. 1. Offe.

EPHORUS dicere ſolebat: fi poſſibile fuiffet, rebus ipſis omnibus ad eſſe, eam experientiam reliquis multo fuiffet præſtantiozem. Senſit autem, certiora eſſe, quæ oculis viſa ſunt, quam quæ auribus percepta ab aliis. Cum enim duo homini juſta naturam ſint velut organa quadam, quibus omnia præcipit, & ſcrutatur, auditus ſcilicet, & viſus, certior autem multo ſit viſus, juxta Heraclitum: horum licet propriis, minoris tamen momenti organo, auribus videlicet ad inſpectionem rerum accedit. Polybius l.12. hiftor.

THEOPOMPUS, eum quidem optimum bellicarum rerum ſcriptorem eſſe dicit, qui quam plurima ſit pericula ipſe coram expertus illum verò dicendo poſſiffimum eſſe, qui quam plurimorum civilium certaminum particeps extiterit. De eis enim rebus, quibus ipſe interfuit, & vidit, melius dicere poterit, quam quæ ab aliis nungantibus fortè audit. Polyb. l.11. hiftor.

ISÆUS à quodam, qui elegantiffimam offenderat ſœminam, interrogatus, num formoſiffima videretur? reſpondit, quæ magis ipſi dè uxor, id eſt, deſili laborare ab oculis. Philoſoph. in Sophiſt.

C. SULETTIUS Gallus uxorem repudiavit, quod aperto capite foras exiſſet, inquit: Tibi meos unius præſinit oculos lex, noſtra, quibus formam tuam approbes: his ornamenta comparato, his eſto ſpecioſa, aliis velle videri formoſam, in ſulphurione, & crimine hæret neceſſe eſt. Eraſm. l. Apoph.

Vifitatio. Vifitatores.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VISITATIO eſt frequens viſio, & venit à viſito, quod eſt verbum frequentativum à viſo, quod in gæcè dicitur, unde & viſitatores, qui viſitant, aut videndo circumcunt. Variæ autem ſunt viſitationes juxta varios fines, propter quos ſunt; aut ſecundùm varios terminos, ad quos ſunt. Sic viſitationes amicos benevolentie, & officii ergò, ſuperiores, inferos, ſunt: que viſitationes œconomicæ, quibus familiam luſtramus: Civiles, quando magiſtratus, & Provincia viſitantur per Principem, vel de mandato illius. Denique ſunt Ecceſiaſtica, per quas ſcrutinium initur tam de perſonis

nis, quam regimine ipſo, cæremoniis, officiis, legibus. Etiam peregrinationes ad loca ſancta, ſubinde nomine viſitationis dicuntur. De quibusdam nonnulla dicemus.

VISITARE. QUI QUOS VISITAVERINT. UTRUTA PONTIFICES ET REGES.

Sanguinis ex imagine Crucifixi Salvatoris in Syria effuſi portio delata Manruam fuerat: eaque multis editio miraculis omnium Chriſtianorum pectora incredibili religione perfuderat. Hujus rei fama anno 804. cum ad aures Caroli Magni Imp. acceſſiſſet, Leonem III. Pontificem per litteras obſecravit, ut accuratè horum miraculorum veritatem vellet ad liquidum explorare, & compertam ſibi ſignificare. Ob id Leo Roma egreſſus Mantnam Novembri menſe venit, & te cognita ad Carolum ſcripſit, cupere fe illum, ubiſcunque terrarum eſſet, convenire, & cù eo Dominica Natalicia celebrare. Quo nuntio Carolus excitatus, Carolum filium oboccurit ad S. Mauritium miſit, atque ipſe ſubſecutus Remos occiſit: ibique exceperunt primo Caruſum, ubi ſolemne Natalitium actum, deinde Aquas perduxit, & poſt octo dies multis magniſque muneribus proſequutus, per Bajarium in Italiam remiſit, datis Ravennam ulque comitibus. Sigonius lib.4. regiſi Italici.

Caſares Coronandi, priuſquam urbem Romam ingrediantur, noctem unam in caſtris, atque tentoriis agunt: ſive ut Pontificiſſi cedat ad providendum, ne Caſare ingrediente tumultus fiat: ſive ut Caſares urbis ſtatum explorantes, tutius ingrediantur: ſive aliqua conſuetudine antiqua id introductum eſt, quæ nunc pro lege habetur. Sic manſit etiam Fridericus III. cum Imperatrice ante urbem, paucis ingredientibus. Cuſp.

REGES INTER SE. REGUM CONGRESSUS.

Cùm Diocletianus Imperator ſævam tyrannorù indies orientium libidinem agrè ferret, conſilia rerum agenda coram ſibi, cum Maximiano Herculeo communicanda putavit, ac propterea illum, Mediolanum in Italia è Gallia, ut adiret, admonuit, anno 289. nam fe eo quoque colloqui gratia è Pannonia conveniturum. Uterque quacunque iter fecit, frequentiffimo populorum longo eos intervallo viſere geſtentionum concurſu exceptus eſt, præcipuè agricolæ conſulari, inter fe munitarie, aras ponere, thura adolere, hoſtias immolare, vina libare, Deos laudibus, gratiſque concelebrare: uſque adeò, ut paſſim fruſtus percipi expeſtatiffimi triumphi potuerit. Erat jam tunc Mediolanum ea nobilitate, opulencia, publicorum operum magnificencia præditum, ut facile ſecundùm à Roma dignitatis teneret, atque amplitudinis gradum. Itaque urbem ingreſſi, ambo ea pompa magnificentia, atque occurrentis civitatis honore excepti ſunt, qui maximus, & plendidiſſimus adhiberi per ea feliciffima Italia tempora potuit. Geminata inde majeflatis Auguſtalis præſentia omnium animos inuſitata admiratione defixit. Ambo in eodem palatio hoſpitari comiter eos, quibus Auguſtus ſalutare per dignitatem gradus licebat, duplicato majeflatis numine admiſerunt. Ut verò limine egreſſi per mediam urbem equis ſimul invecſi ſunt certatim viri, ſœminæ, pueri, & atate maturi, an per fores in publicum prodierunt, aut per ſuperiores adium partes fe projeceerunt, clara, ac libera inter fe voce rogantes. Vides Diocletianum, Maximianumque? vides? an ſunt, unà ſunt, quam inviſi ſedent, quam concorditer eloquuntur, quam citò tranſeant? Adfuerunt ex omnibus uribus honeſtiſſimæ legationes, ſed imprimis Roma lumina ipſa Senatus, ac civitatis principes miſit, nemoque omnium fuit, quin per eos dies Mediolanenſium civitatem beatiffimam duceat, quæ duos tantos, ac tam concordés Imp. gremio complexa tenet. Cæterum ipſi ſecreto inter fe colloqui fratrem in vicem officia præſtiterunt, ille dona Perſica, hic ſpolia Germanica offrendendo, ac ſummè in omni conſilio ratione concordés, præcipuè de Caſaribus ad jungendis inter fe conſenſerunt, ut partem inſtantium bellorum in eorum curam, ſedulitatemque transferrent. Ubi verò per aliquot dies unà fuere, tum eadem, qua venerant, celeritate ſefe ad exercitus recipere. Sigonius l.1. occident. imperii.

Valdemarus Friderico I. Lubeca occurrit. Caſar eum amplexu, atque oculo excipiens, dextra apprehenſa, depoſita chlamyde, per media caſtra perduxit, præconis more cunctos ei va cedere jubens. Tentorio præ nimio multitudine concurſu collapſo, planicem campi petiit: ibique ſedande præſure gratia, extenta virga, quam poterat alta voce cunctos locis ſuis conſidere præcepit. Valdemarus conſidere juſtus, ſcllam ſuam ſe ſpectaturum reſpondit, ne imperialis cathedra

L. B. Theatr. vit. e Hum. Tom. VII.

honorem uſurpare videretur. Magiſtrates nullo ordine, ut quemque caſus jactaverat, ſedilia habebant: vultus militum conſenſis invicem humeris illum videre geſtiebant, hunc regem, hunc dominum, hunc imperio dignum aſſerentes, Caſarem regulum, homuncionemque vocantes imp. Valdemari Duorum regis binas filias, totidem filiis ſuis, quorum alterum ſuocceſſioni imperii deſtinat, alterum Sueviæ Sarrapam conſtituerat, per legatos in matrimonium poſtulavit: non quod ſanguini ſuo bonæ fidei nuptias quaereret, ſed ut Henricum Saxonie ducem hoſtem ſuum auxiliis ſpoliaret. Saxo l.5.

Anno 1473. circa feſtum S. Michaelis, convenere Treveris Imp. Fridericus III. & dux Burgundie Carolus, eo ſplendore, quo nuſquam viſus eſt princeps alius in apparatu at morum, in aſtimatione veſtium, & omni principali magnificentia. Medio quodam ad urbem timere, deſcendens equo dux accidit Imperatori: ille levavit ad oſculum aſurgentem. Deducit Imperatorem dux ad hoſpitiu. Longo de ſuper habito certamine, ceſſit urbe dux Imperatori: & propter exercitum, quem ſecum duxerat, foris in monaſterio manſit. Convenere crebrius ad colloquium, palam quidem de bello in Turcam gerendo, & deque rebus Francie colloqui: clam verò inter eos agebantur alia quedam. Carolum quidam putavere Imperii creandum vicarium, ut omnia quæ trans Rhenum ad Imperium pertinerent, reduceret. Per integrum menſem crebra fuere principum colloquutiones, crebra munera: ſed longè ſuperabanc, quæ dux Imp. largiretur, ditiffimus & munificentiffimus princeps. Tandem minori alacritate digreſſi quam congreſſi ſunt vici. Crantz. l.13. Vandal. c.10.

SUBDITI REGIS.

Apud Parthos regem adire, vel ſalutare ſine munere, ſicivt nulli erat. Alex. l.9. c.24.

SANI ÆGROS.

In peſtilentia memorat Thucydides, Eos, qui unice virtutem ſeſtabantur, unà cum affectis amicis interiffi. Nam ſalutis ſuæ rationem, ut accederent ad neceſſarios ſuos, nullam habebant. Plut. de amicorum multitudine.

Cùm C. Caſſius Q. Ligarius in Societatem conjurationis contra Caſarem pertraſſiſſet, eundem M. Brutus inviſens agrotum: Quali, inquit, tempore, Ligari, agrotas? Ille ſtatim cubito innixus, arrepta dextra ejus: At ego, inquit, ſi quid te, Brute, dignum cogitas, valco. Plut. in Bruto.

PONTIFEX MONACHOS.

EUGENIUS III. Pp. an. 1148. Claram vallem, ubi paucis antea anni D. Bernardi diſcipulus monachus federat, viſitavit, ac gloriam Pontificatus Ro. inſigni humilitate reſpectavit. Auth. vit.

MONACHI MONACHOS.

ANTONIUS Monachus Pauli Thebei eremite latebra quærens, tertio demum die dubia adhuc luce procul intuetur lupan, ſitis ardoribus anhelantem, ad radicem montis irrepere. Quam ſecutus oculis, & juxta ſpeluncam, cum ſera abiſſet, accedens, intro cepit aſpicere, nihil curioſitate proficiente, tenebris arcentibus viſum. Verum, ut Scriptura ait, Perfecta dilectio foras mittit timorem, ſuſpenſo gradu, & anhelitu temperato; callidus explorator ingreſſus, paulatim progrediens, ſæpiuſque ſubſiſtens, ſonum aure captabat. Tandem per cœcæ noctis horrorem procul lumen intuitus, dum avidius propebat, offeſſo in lapidem pede ſtrepitum concitavit, poſt cujus ſonitum B. Paulus Hoſtium quod patebat, occludens, ſera obſtruxit. Tunc verò Antonius præ foribus corruens, uſque ad ſextam, & eo ampliffi horam aditum præcabatur, dicens: Qui ſim, unde, cur venerim, noſti. Scio me non mereri conſpectum tuum, tamen niſi viderim, non recedam: Qui beſtias recipis, hominem cur repellis? Quæſivi, & inveni: pulſo, ut aperiatur. Quod ſi non impetro, hic moriar ante poſtes tuos: certe ſepelies vel meum cadaver. Tali perſtabat memorans, fixuſque manebat. Ad quem reſponſum pauciſſima reddidit heros: Nemo ſic peti, ut minetur, nemo cum lactymis injuriam, vel calumniam facit. Et miraris, ſi non recipiam, cum moriturus advenis? Sic aridens Paulus perfeçit ingreſſum. Quo aperto, dum in inuotus miſcetur amplexus, propriis ſe ſalutare nominibus, gratias Domino commu- nes referentes. Hieron. in vita Pauli eremite.

QUO, UBI. AD CONVIVIUM.

Sentire videtur Plato, Homerum ſeciſſe Menelaum, dextero-rem licet, invocatum ad præſtantiores acceſſiſſe convivium

quod Agamemnon bello valuerit, Menelaus fuerit imbellis. *Erafm. in Adag.*

CONCIONEM.

PANEGRYSIS apud Græcos dicebatur sollemniter ille populi conventus ad ludos festos celebrandos: voce hinc composita, quod festis diebus universi convenirent. *Erafm. in Adag.*

* VISITATIO.

CIVILIS, SIVE POLITICA.

Olim erat visitatorum ordo, sive Magistratus, circa quem erant censebantur minores magistratus, eorumque acta, & cum potestate Provincias obire, & si quæ emendata, corrigere: unde & in rebus controvertis, aut diffidiis componendis mitti etiam solebant. Ita scribit *Anastafius Bibliothecar. in Symmacho, & Eudodius Diaconus in Apol. Tom. I. Conc. Theodorici Regem adversus Symmachum Papam rogantibus schismaticis misisse Petrum Episcopum Altinensem, quoniam ipse visitatores aliis Episcopis dederat, sed hic iure suo, prior tyrannice.*

Perlarum Regibus sollemniter fuit olim obire ditionem universam, eamque iurare veterum instituto, & exquirere, quid opem regiam desideraret. Refert *ex Herodoto F. Patric. de Republic. lib. 5. c. 5.*

Plato lib. qui inicitur *Minos*, scribit, id etiam fecisse Minam Cretensem Regem opera Rhadamanti, & Talonis, & quidem in anno ter, deferendo pagatim areas legum tabulas, ut ita custodia legum intenderent.

* ECCLESIASTICA.

ILLIUS USUS ANTIQVUS.

Fuisse apud Iudeos in veteris lege etiam constitutos visitatores, qui circa ministeria divinatorum officiorum, ac legum se fecerant impendere, & disciplinam invigilarent, qui & Apolloniorum titulum deferrebant, testis est *Joan. Lortinus in capite 15. Ador. vers. 36.*

In nova lege nihil magis obvium, & usitatum. Ita legitur *Actor. 15.* Paulum cum Barnaba visitasse fratres, quibus prædicaverat verbum Domini, *cap. 18.* dicitur Paulus profectus perambulasse Galatiam regionem, & Phrygiam, causa additæ confirmans discipulos omnes, eratque is scopus visitationis huiusmodi, confirmare novella fidei germina in sancto proposito, eorumque actiones dirigere, & suppeditare media, quibus Religio Christiana incrementum sumeret.

EPHANIUS tradit, ob crebras Apolloniorum Principis Petri visitationes, & absentias, constitutos Romæ Episcopos Linum, & Cletum, ne sine pastore contingeret illam Ecclesiam diu esse, ut notat *Lortinus supra.*

Erant ergo illi adiutores primi Episcopi, qui unicus esse debet, ut docet *Damasus in Pont. 19. Joannes III. Episc. unica.* Ac simili de causa videtur missus à Paulo nunc in Cretam nunc Ephesum Tychicus, quando inde accererebat Episcopos Titum, & Timotheum.

ATHANASIUS Constantinopolitanus Patriarcha in Epistolis, quas de eadem re scripsit, notat inter alia, quod cum à principio effect decretum, ut bis annis singulis haberentur Synodi, decretum deinde fuerit, ut semel, ne propter crebram absentiam pastorum oves à lupis invaderentur.

Igitur Apostoli, cum essent orbis Episcopi à Domino constituti, nullique sedi adstringerentur ob jurisdictionis amplitudinem, subinde aliorum operam in visitando adhibebant, ut etiam fecisse posteriores Pontifices clarum est, ut qui totum orbem dicecesim habeant, adeoque totius vitæ decursus visitationi illius non sufficeret.

Atque ob id exigente ratione, vel tempore, modo ad has, modo ad illas Ecclesias, viros aliquos eruditione, & longo rerum usu, ac pietate in primis excellentes mittere consueverunt, qui eorumdem auctoritate repræsentarent, atque communi utilitati providebant, cum sine magno detrimento heri non posset, verba sunt Gregorii VII. in quadam epistola; ut illius diligentia, loquitur de sent. Rom. ad quem summa negotiorum, & curæ necessitas spectat præcipue, diu subditis, ac commissis libi strabus deesse.

NECESSITAS. ET SUPER EADEM DECRETA.

Ex quo Princeps Pastorum Christus voluit subordinatos sibi animarum pastores vultum sui peccatis agnoscere, & oves suas ita cognoscere, ut nominatim eas valeant nuncupare: deinde & pro eisdem animam exponere, consequens sanè est, ut frequentis visitatione illis ad sint, hoc enim est attendere universi

regi, quod Episcopus mandat, aliisque presbyteris Paulus, *Actor. 20. v. 28.* In quo eos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Est enim Pastor velut Dux in cœtu, anima in corpore. Ipsumque nomen hanc in vigilando cœtu importat, & necessitatem.

Quocirca saluberrimis Conciliorum decretis olim sancita visitationis huiusmodi functio fuit, ac potissimum Taracensis, Bracharensis, Lateranensis, & novissimi Tridentini, *sess. 24. c. 3. & sess. 25. c. 11.* ubi & illius scopus, ac ministeria summarè referentur, de quibus in proximo Titulo.

SCOPUS, ET FUNCTIONES VARIE.

Visitatum istiusmodi scopus præcipuus esse debet, & hoc sine decretis sunt, sanam, & orthodoxam doctrinam expulsi hæresibus inducere: pravos mores corrigere, bonos tuere, populum ad religionem, pacem, innocentiam, pietatem, Dei honorem, erga alios superiores debitam reverentiam accendere, cunctaque secundum temporis, ac locorum rationem providè ad ædificationem fidelium, & divini cultus augmentum constituere. Ita ferè *Trid. sess. 24. capite 2. de reformat.*

Quæ ut facilius, feliciusque succedant, monentur omnes, ad quos visitationis munus spectat, ut paterna charitate, zeloque Christiano omnes amplectantur, idèque modesto equitatu, ac comitati contenti, student quam celerime, hoc est (censuerunt Cardinales) non divertendo ad actus extraneos; debita tamen cum diligentia visitationem suam absolvere. Interimque caveant, ne inutilibus sumptibus cuiquam graves sint, neque quidquam accipiant præter victualia, quæ illis, ac eorum comitibus, moderatè pro temporis tantum necessitate, & non ultra, erunt administranda. Ita iterum Concilium. Legatur de his, ac aliis hæc pertinentibus, *Zerola verb. Visitatio s. 6. & alius, in Praxi Episcoporum.*

AD QUOS SPECTET?

UBI DE VISITATIONE PERSONALITER FACIENDA.

Constitutio Tridentina sic se habet. Patriarchæ, Primates Metropolitanæ, & Episcopi propriam dicecesim per se, aut si legitime impediti fuerint, per suum Generalem vicarium, aut visitatorem, si quotannis totam propter ejus latitudinem visitare non poterint, saltem ejus partem, ita tamen, ut toto biennio per se, vel visitatores suos compleat, visitare non prætermittant.

Archidiaconi autem, Decani, & alii inferiores in illis Ecclesiis ubi hæstus visitationem exercere legitime consueverunt, debeant quidem assumptu notario de consensu Episcopi, deinceps per semetipsos tantum ibidem visitare.

Visitatores etiam à Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus visitandi habet, ab Episcopo prius approbentur: sed non idèo Episcopus, vel eo impedito ejus visitator, eisdem Ecclesiis seorsim ab his visitare prohibeatur. *Conc. Trid. supra.*

Iisdem Episcopis committitur visitatio, & jurisdictio in personam tam regulares, quam seculares, curam animarum secularium personarum exercentes, in domibus, seu monasteriis viro- rum, seu mulierum. *sess. 25. c. 11.*

Spectat quoque ad Abbates, & Priores, monasteriorum illis subjectionem visitatio. Cæterum tam de his, quam de illis, videtur *cap. decernimus 10. q. 1.* & congregat. sacra ad Concil. Trident. constitutiones, & interpretationes.

Quod autem in Concil. Trid. dicitur, Episcopos debere visitare per se, nisi legitime fuerint impediti, non de quocunque quæsitio impedimenti colore accipiendum erit. Si quidem nomen ipsum Episcopi sufficere debet, inquit *Lortinus*, ad persuadendam visitationis vigilantiam, ac sedule necessitatem, *ut non propter aliquos, personaliter ab iis faciendam, qui nominibus huiusmodi nolunt haberi indigni, titulumque sine re magis gloriose quam verè retinere, & magis peregrini censeri, quam ipsi: extranei, quam Patres, patientes semetipsos, non oves: &c.* Certe quod *Hieronymus* dixit Clerico, *Episc. ad Neopolitan.* id mutato sibi nomine dictum existimet Episcopus: qui servit Ecclesiæ, interpretetur primò nomen suum, & illius definitione prolata, natus esse, quod dicitur.

Quod ergo Apostoli faciebant, nulli sedi adstricte, circa oves ad Christi ovile aggregatas; idipsum Episcopos, suis in Dicecesibus faciendum est, & non semper per vicarios, sed plerumque per se ipsos: ne quod scitè *Damasus* dixit *Episc. 4. ad Episcopos*, nutritibus similes habeantur, quæ statim ut pariunt, infantes suos illis nutritibus tradant educandos, ut suam

VISITATIO LOCORUM SANCTORUM.

Vide Peregrinatio.

Vita.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VITAM Græci Bios, & Hebraei Chaiath appellat, & definit eam *Aristoteles de respirat.* Permansionem animæ vegetatricis cum calore. Qua definitione comprehenditur vita, quæ corporibus convenit: cum alioquin substantiæ separata etiam vivat. Fit autem in definitione mentio caloris, quæ aliis qualitatibus primis, quia is fit præcipuus minister actionum vitalium, & calor intelligitur internus, & per totum corpus proculque membri ratione diffusus.

Cæterum vita corpore constantium tripliciter accipitur. Primò pro anima ipsa, quæ vitalium functionum origo, & fons est, & dicitur vita essentialis, ut à qua dimanant vitales actiones. Secundò, pro existentia animæ in corpore. Tertio pro ipsis vitæ functionibus, ut sunt nutritio, accretio, &c. quo sensu Bernardus dixit, vitam esse internam, & naturalem motum.

* GRADUS VITÆ VARI.

Cùm autem sint quatuor genera vitalium operationum, fit ut etiam quadruplex vitæ gradus constituat. Eorum, scilicet, quæ vegetantur, id est; quæ aluntur, crescunt & decrescunt. 2. illorum, quæ & vegetantur, & sensu pollent. 3. eorum, quæ vegetantur, sentiunt, & progrediuntur. Denique illorum, quibus insuper gradus intelligendi competit.

* ACCEPTIO VOCIS MULTIPLEX.

Sumitur nonnunquam vitæ nomen pro Insituro. Ut cùm dicitur Apostolis. *Act. cap. 5.* Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius, nō verò solius pro vita humana, & corporea. Item non modò vita essentialis hæc voce denotatur, sed etiam vitæ gratiæ, & gloriæ. Ita dicitur *Act. cap. 11.* Ergo & Gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam, verum cum lex vetus nomine verborum vitæ appellatur, ut *c. 7. v. 38. Actor. & Ezechiel. c. 20.* accipitur dumtaxat pro vita humana sive præsentis, quæ erat præmium legis veteris, facta ab homine legali citra fidem Christi, & non ex spiritu fidei, quomodo etiam ab Apostolo usurpatur, qui illi opponit opera fidei, ex qua iustus vivere dicitur.

* FRAGILITAS. BREVITAS.

Quædam ex loco de Vanitate, Mundo, Morte. Vita hæc est vita dubia, vitæ cœca, vitæ ærumnosa, quam humores tumidant, dolores extenuant, ardores excitant, acrimia morbidant, etia inflant, jejunia macerant, joci dissolvunt, tristitiæ consumunt, sollicitudo coarctat, securitas hebetat, divitiæ jactant, paupertas delicit, juvenus extollit, senectus incurvat, infirmitas frangit, moeror deprimit, & post hæc omnia mors interimit, universis gaudis finem imponit, ita ut cum esse desierit, nec fuisse putetur. *August. in origival. tractans illud. Jacob. 4. Quæ enim est vita nostra.*

Nihil fugacius sæculo, rebuque sæculi: quas, dum tenemus, amittimus, per infantiam, pueritiam, juventutem, ac virilem, & ingravescentem, ac maturam ætatem, annosque ultimos senectutis, per quæ utique septem spatia Philo vitam describit humanam, mutamus, & currimus, & nescientes ad mortis terminum pervenimus. *D. Hieronym. super Amos. l. 3.*

Vita nostra naviganti similis est. Is enim, qui navigat, stertat, jaceat, semper vadit, quia impulsu navis deicitur: sic & nos vigilantes, sive dormientes per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. *Greg. in Regist.*

Incertum, ac fragile nimitum est hoc munus nature, quicquid datur nobis: malignum verò, & breve, in iis etiam, quibus largissime contingit, universum utique ævi tempus inuentibus. Quid? quod æstimatione nocturnæ quietis dimidio quilibet spatio vitæ suæ vivit. Pars æqua morti humilis existitur, aut penæ, nisi contingit quies: nec reputatur infantia anni, qui sensu caret: nec senectus in poenam vivacis, tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties invocata morte, ut nullum frequentius sit votum. Natura verò hominibus brevitate vitæ præstitit melius: hebescent sensus, membra torquentur, præmoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam, ac ciborum instrumenta: & tamen vitæ hoc tempus annuatatur: &c. *Plin. lib. 7. elegantissimi describit si fragilem vitæ brevitas.*

Humana vitæ conditionem præcipue primus, & ultimus dies continet: quia plurimum interest quibus auspiciis inchoetur, & quo sine claudatur. Idèoque cum demum felicem esse

ut suam citius valeant explere libidinem, atque ita illi, ut pro suo libitu secularibus curis inhærent, & quod sibi visum fuerit, liberius agant.

Affine est, quod alicubi dixit Paraldus, valde ridiculum futurum esse, qui uxorem ducat frigidus, aut maleficio vitatus; ejus per vicariam tantum operam secundandæ fiducia.

Salvum etiam illud, at non salum Clitavæ dictum, vicariam quidem salutem, personalem verò perniciem futuro huiusmodi hominibus sæculo manere.

Certe Pastori præcipitur, ut cognoscatur sui pecudis vultum, ante illud vadat, obsequè nominatim vocet, gregi suo attendat, eumque consideret.

* QUI VISITARINT?

VISITATORES SEDULI. ZELOSI. &c.

Excellerunt in hac visitationis personalis functione veteres illi Ecclesiæ Antiquitates, quorum laudabilem memoriam refricamus in locis de Episcopi, & Religione, Tit. Religione, Tit. Religione propagandæ studium; Item de Concinatoribus, &c.

Nostrò verò sæculo non minimè hæc sedulitate gloriam apud Deum, & homines affectus fuit Carolus Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis, Sanctorum in numerum nuper relatus, ut qui nominis sui memor, speculatoris partes ita strenuè per seipsum obivit, quouque vires permittebant, ut nunquam facram hæc Dicecesis, & Ecclesiarum sibi creditarum sollicitudinem, & lustrationem intermittere: morum correctioni, & divini nominis, ac honoris augmento semper intentus, non ignorans quantum huic muneri pondus inesset, quantumque detrimenti ejusdem intermissio in disciplinam Ecclesiæ inveheret, Idèoque ut sibi jam experto promptior fides daretur, librum de eadem functione in lucem emisit, in quo instruntur Episcopi, alique Ecclesiarum visitatores, qua ratione se in hoc officio gerere debeant.

Fuit etiam hoc nomine celebris Joannes Miræus IV. Episcopus Anuerpiensis, qui nihil prius habuit, quam initio Episcopatus illius curæ invigilare, luporumque circum latentium rabiem comprimere: cumque disciplina Ecclesiastica temporum malignitate multum collapsa fuisset, & vicinus hostis tota penè ipsius dicecesim, & armis, & erroribus perfundaret, ac nemo hæctenus aut Prædecessorum, aut vicariorum extra Anuerpiam frugis fuisset se committere fidei hostium, ac personaliter lustrare collapsam, & infirmam, ipse tandem accepta subnixus, magna acritate, raro exemplo, ac fiducia in Deum fretus, inter media arma, ad visitationem ruralium Ecclesiarum se contulit, gregi sibi credito attendit, vultumque peccatis sæculi investigavit.

Cæterum illi stre etiam hujus vigilantia exemplum toti Episcoporum ordini præbuit Mathias Hovius III. Mechliniensium Archiepiscopus nuper vitæ defunctus. Quippe inter alia virutum, quibus præfuit, encomia, non minimum funebri laudatione, quam dixit Laurentius Beyerlink Archiepiscopus Anuerpiensis; multorum amorum affinitate eidem devinctus, hæc hæc sedulitate desumptum fuit. Cùm namque illius dicecesis admodum extensa esset, sic ut amplius quam CCC. & XL. baptismalibus Ecclesiis decoretur, nihilominus inter confertissima rerum publicarum, nam & in consilium Status adscitus fuit, pondera, ejusdem assidue, & pene annue lustrationi se impendit, eamque frequenter per evidentissima vitæ pericula, & infortunia perfecit, atque eidem, neque enim Imperatorem aliter quam stantem in acie mori convenit: functioni immortalis fuit. Quam tamen, ut securius & promptius exequeretur, D. Dicecesim suam in undecim districtus, sive Regiones partitus fuerat, quibus Decanum suum cum potestate iuxta instructio-

formulam Ecclesiæ illis subiectas vestigandi præfecit, & conventum annum celebrari, ad quem omnes die destinato, vestigata scripto redderent, & in commune consulerent; in domo residentia sue primæ, deinde apud unumquemque Decanum voluit. *Ex præfat. orat. funeb.*

* VISITATIO RELIGIOSA.

Religio, inquit, *S. Jacobus c. 1. Episc. suæ munda, & immaculata apud Deum*, & Patrem hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, unde & inter opera misericordie corporalia censetur visitare infirmos, ac pauperum, & miserabilium personarum curam, sollicitudinemque gerere.

Exempla require ex loco de Paupertate, Infirmitate, sive Egrotudine, Misericordia, Viduis, &c. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

judicamus, cui & accipere lucem propter, & reddere placide contigit. Medii temporis cursus, prout fortuna gubernaculum...

De Andr. Alciat. Latini hi extant verus. Equis non laudet Thracas, qui prodit ut infans In lucem ex utero, fetibus ora vigan...

Toiotos o stos... Epiphanes... Talis est, o mulier, humana vita, Paucioribus gaudis fruimur, quam dolore, & molestia...

Nugamur, mortemque procul, procul esse putamus: At mediis latet hac abdita visceribus. Scilicet ex illa, qua primum nascimur, bora, Prorepunt iunctio vitæque, morisque pede...

* INSTABILITATIS, ET MUTABILITATIS VITÆ HUIUS

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

Cum Xerxes innumerum illum exercitum suum intueretur, & lacrymas funderet, ab Arabano rogatus, quid fletus iste sibi vellet? respondit: Reputantem me quam brevis sit omnis humana vita, subit horum miseratio...

Pythagoras, vitam humanam dicebat esse similem pauperi, hoc est solemnium hominum conventui, ad quem alii conveniunt certatim, alii negotiari, nonnulli spectatores modo futuri...

Socrates, a ludo vitam similem esse dicebat: & quicquid evenit, veluti quandam tesseram disponere oportet. Non enim denuo jacere oportet, neque tesseram aliter ponere.

Diogenes, dicenti, miserum esse vivere: Non, inquit, vivere miserum est, sed male vivere, miserum est. Vulgus miserum appellat vitam laboribus, doloribus, morbis, damnis, exiliis, multique hoc genus incommodis obnoxiam: at Philosophus nihil malum aut miserum esse dicebat, nisi quod cum turpitudine conjunctum esset.

Seneca ep. 11. ad Lucil. idem. Neminem non ita exire de vita dicebat, tanquam modo intraverit. Item: Neminem aliter, quam quomodo natus est, exire de vita, & molestum esse semper vitam inchoare.

Plato, Non vitam, sed bonam vitam maximi faciendam esse dicebat. Stob. serm. 7. Idem dicebat. Viros bonos non longa vita, sed clara, & illustri opus habere.

Philosophus quidam interrogatus, qualis esset hominis vita? cum parumper se offendisset, mox se abscondit. Quo indicare voluit momentaneam, & perbreve esse hominis vitam.

Hierocles dicebat, longæ, tædioque vitæ maximum imminere periculum: partim propter ipsarum rerum naturam, nec scio quid adversæ contumaciæ habentium, propter subitas, & inopinatas animæ perturbaciones, maxime vero propter ipsam hominum malitiam, quæ nec ulla vi, nec dolo malorum stragematum abstinet.

Aristonymus, vitam humanam similem esse theatro dicebat, ubi sæpius pessimi quique honoratissimi inter homines locum obtinent.

Socrates, de vita malorum, & vitiosorum hominum hæc ejus fuit dicta occurrit: Indolentium vita tanquam histrio, multa factus, & arrogantia gerit indumenta: Neque navigantes præter locum commoditatem appellere tutum est, neque viuentes præter legem vitam agere periculo vacat.

Idem, in vita perinde, ut in simulacro, omnes partes pulchras esse oportere dicebat. Item: vitam instar organi musici, dum intentione, & remissione sibi concinna redditur, suaviorem fieri.

Diogenes ajebat, de necessariis quidem ad vivendum homines sibi prospicere: quæ vero ad bene vivendum pertinent, non comparare.

Epictetus, longiori vitæ, sed deteriori, brevioris, sed melioris ab omnibus omnino præferendam esse dicebat.

Andronicus Palæologus Imper. Deo fretus, & fiducia plenus usque adeo fuit, ut maxima ex parte sine custodia ageret: & sine imperatoris satellitibus. Sæpe etiam eos, quos retia, & laqueos contra se instruere sciret, in eadem ades admittere, & mensæ adhibere solitus est.

Apollonius Homini fortunato, inquit, brevis est vita: infortunato longa.

Simonides interrogatus, quantum temporis vixisset? tempus quidem exiguum respondit, annos vero multos.

Antiphon, Vita similis est, inquit, carceri unius diei, & totum vitæ spatium unius diei æquale propemodum dixerim, per quem intutu lucem, poteris deinde vitam tradimus.

Socrates, in vita, tanquam in theatro, permanendum esse dicebat, quamdū retum, & operum hujus vitæ jucundum fuerit spectaculum.

gorz. Quamdiu sumus rerum Domino fuerit visum, qui est ratione nos in tempore evocabit.

Philippus, cum juberet in loco ameno castrametari, & moneretur illuc non esse pabulum pro jumentis: Qualis, inquit, est nostra vita, si etiam ad asinum commoditatem vivere cogimur? Plus, in Apoph.

Jovianus Cæsar, cum undique viderentur imminere infidias, atque admoneretur, ut sibi cavere, respondit: Sanius subire semel, quam semper cavere: significans eum non vivere, qui vivit in perpetuo motis metu.

Aratus, laudante quodam virum desperatum, & audacem, ac idcirco & in bellis eximium, respondit: Multum interest inter magnificare virtutem, & vitam contemere.

Speusippum crudibus resolutum Diogenes hortabatur, ut se ipsum vitam privaret. Cui ille: Non crudibus, inquit, vivimus, sed mente.

Theodorius Cythareus, nullam satis magnam causam sapienti esse dicebat, ad finiendam vitam. Quod hæc ratione probabat: Iltum enim, qui casus humanos contempnit vitam propter eos relinquere, quomodo non contrarium fuerit, illi qui nihil bonum, quam honestum, & solum turpe malum aservit?

Apud Indos Pædicos nulli ferè senes conspiciuntur: quoniam agros similes, & senes occidunt, & equos vescuntur.

Mandros Indorum gentem, sicut Clitarchus, & Metasthenes, quadragenos non excedere annos, junctos Macrobius, quorum senium semel parians, idque & A gatharchides tradit: Præterea locustis eos alit, & esse pernicies: Trecentosque eorum viros annuatim. Feminas septimo ætatis anno parere, senectam quadagesimo anno accedere.

In Calingis Indiæ gente quinquagesimo concipere feminas, octavam vitam annu non excedere tradunt. Quod ipsum repetit.

Æthiops anno 30. consensere Asclepiades arbitrat, exauditione solari. Nam frigidioris ratione diversa, in Britannia ætatis anno centesimo, ac vicissim senium contingere. Obstipari siquidem in iis locis corpora, obseptumque servari genuinum calorem, qui evanescat in Æthiopiis, solis vi laxatis eorum corporibus.

Tempore Andronici junioris Imper. Puer circa Trajanopoli vixit, qui tertio balbutiebat ut infans, sed is erat præditus viribus, quibus viri viginti annorum, & viro non minus comederat, & circa pubem pilos habebat viri ætate integra. Sed priusquam annum quintum expleisset, febri correptus expiravit. Nam penuria humoris infantili ætati debiti, tantam ariditatem in ejus corpore excitavit, quanta vel in vicario fit.

FIDELIUM, ET CHRISTIANORUM.

Consule Locum de Martie, ubi martus impregnis, inopinatus.

Propter Ophni, & Phinees filiorum Heli Sacerdotis summi intemperantiam, & scelera varia, quorum meminit 4. Reg. 1. minatur Dominus per Prophetam, effecturum se, ut omnes illius posterij, ubi ad virilem deveniret ætatem, moriantur, neque perveniant ad senectutem.

Leo Armenius Imperator. Michaelem Balbum de affectato imperio convictum igne comburendum decreverat. Itum est ad supplicii locum, Imperatore ipso comitante. Sed quia vigilia Natalis Domini erat, uxore intercedente Imperatoris, dilatum est supplicium. Sed Leo Michaelem ita compediibus vincitum carceri mancipavit, ut ipse eadem feræ ferre servaret: ipsaque nocte insipienti, carcerem ingressus, & Michaelem alit dormientem videns, recessit, iratus, iramque agitatione manus declaravit: quod totum unus ex vigilibus somnum lunulans conspiciens, Michaeli abeunte Imperatore nuntiavit. Ille literas statim ad consocios suos scripsit, manitans se eos omnes delaturum, nisi quod suggereret, exequerentur. Socii igitur consilium ejus sequuti, in matutinis horis Natalis Domini cunctantem Leonem interficiunt, & eodem die in ipso ditulculo, Michael heri comburendus Imperator acclamatur, & in Ecclesia diademate coronatur.

Anno Domini 1071. Romanus Diogenes Imperator, cum imperatorem antostites, & mensæ octo (ut testatur Jo. Cuiropalata) miscrando exitu ex hac vita decisset. Habitus planè (si

L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.

Christiano dicere licet) fortuna ludus: in ipse qui statim eximo ad summum, rursusque ex summo ad imum majori imperu ruit. Planè secundum illud Proverbiorum: Ante contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatus spiritus homini contigit. Cum enim pugnam adversus Turcas oblatam pacem ab Asam Sultano per legatos magno arrogancia supercilio rejecisset, ipsum cum suis proficiscentem esset aggressus, diremptus noctis crepusculo, cum rediret ad suos, postrema acies existimantes illum fugere, in fugam se ipsos irrevocabilem dederunt, adeo ut fuga militibus (parfos adorandi) hostibus occasio fuerit præfecta, & qui bene usi victoriam in speratam adepti, captivum duxerunt etiam Imperatorem, quem ille benigne habuit, sua quoque mensa dignatum: Sed cum aliquando (inquit Cuiropalata) Soltanus cum interrogasset: Quid mihi fecisses, si me in tua potestate habuisses? simpliciter, & sine adulatione respondit Imperator: Multis plagis bene notis tuum, corpus concessissem? At ego, inquit, Sultanus, tuam severitatem aut crudelitatem non imitabor. Verumtamen audio, vestrum vobis præcipere Christum pacem, oblivionem malorum, superciliosè resistentem humilibus gratiam dare. Præstitique ex animo duxi barbarus, quod promissum: nam inico cum ipso fodere, facta pace perpetua, habita filiorum ratione, & successorum omnium, nunquam amplius Romanum Imperium à Turcis invadendum, labefactandumque fore pollicitus: captivos etiam relaxari præcepit, ipsunquæ per suos legatos deduci iussim amplectatum dimisit.

Nec à proposito dissentaneum est, quod scribitur Zonaras, & Cedrenus: Cum Sultanus Agarensis à Ludovico quodam Rege Francia captus esset circa Italiam, Capsum captivus abductus, toto biennio nunquam à quoquam ridere visus est, Rex miratus diceret, se ei, qui barbarum rursus nuntiatæ præsumptum daturum. Quem cum quidam semel risisse nuntiasset, accessit Sultano, ralis causam qualisvis: At ille, itotus curatus, inquit, vidi, quarum cum altera terre incumbere, altera sursum tolleretur: mox ea, quæ sublimis fuerat, depressa: quæ humilis in altum elata est. Unde conjectura captus, rebus humanis etiam eodem modo moveri, & transferri, in ritum erupit, posse fieri cogitans, ut & mearum rerum idem status esset, ac me quemadmodum est sublimis sum humi depressus, sic rex humili loco in altum elatum sublimem fore. Rex & veritate orationis confiderata, & Soldani ob fortunæ commutationem miserum eum libentius habitum in familiaritatem suam ascrivit, & ejus, ut viri prudentis consilii usus est.

Huic proximum est exemplum, quod describit Nicephorus. Theodorus Medicus vir prudens ad Chaganum missus est per Priscum Romanorum in Europa Ducem, qui eum barbarum frementem maxime, & superbientem, & verborum fastu exultantem (nationum enim omnium omnium se esse minabundus pectabat) vidit, veteri quædam narratione barbaricorum legatus lenit tumorem. Inquit, enim: Audi, Chagane, veterem, & utilem orationem. Sefostis Ægyptiorum Rex, illustris admodum, & felix, plurimas, & maximas sibi subiecit nationes. Atque ex eo successu in proteviam arrogantiam sublatu, currum tibi aureum pellucidis, pretiosisque lapillis exornatum fieri fecit. In quo considens quatuor ex devictis regibus curru, qui cum traherent, jugo illis imposito, juxta: Hoc vero cum sapius fieret, & celebri quodam, festoque die, ex quatuor istis regibus unus oculis convertis continuo retrospiceret, & rotæ volubilitatem intraretur: Sefostisque eum, ejus præ gratia tam frequenter oculos in rotam coniecit, percontaretur, respondisse se fertur: Cum stupore admittor rotam, eum eam instabili modo ferti, atque aliàs aliter volvi, & nunc quidem sublimia demittentem, rufus autem demissa sublimantem conspicio. Sefostis porro ubi dictum id intellexit, statuit, ne illi posthac currum traheret. Barbarus vero subridens, hæc tunc pacem complecti indicavit: & Priscus ei pro transitu bonam ipsorum partem, maxima quæque concedendo dedit: & se Romanorum ditioni cedere (Romanum namque id solum esse) significavit. At, Barbarus Romanos armis, & iure belli id admittit respondit. Et cum Chaganus ad hunc modum familiaris, cum Priscos rixaretur, Priscus, quod ex oriente profugisset, convitiis loco obijcit.

Valerianus Rom. Imperator, cum Persis bellum gerens à Sapore Persarum rege victus, superatusque esset: quem ille proptinus captum irrevocabilis custodia vinculis mancipavit, qui

Mmm 3 nimirum

ARANEARUM Tela: Si rumpatur, quis refecerit.
ARBOR. Nisi ferat fructus bonos, excidetur, & in ignem mittetur.
ATOMUS. Vix cernitur.
AVIS Manet canis, Vespere quis illum comedit.
BELLUM. Etiam armatis periculosum.
CARMEN. Cui, si vel Syllaba desit, aut exeret, exhibilis.
Cic. in Paradisi.
CARCER. Angustus illi, qui libertatem amant. *S. Chrsost.*
Antiph. Stobe.
CENSURA. Quis in ea omnibus satisfecit?
CITHARA. Interquirit sonat.
COMICO-TRAGEDIA. Cujus ultimus actus semper de Morte.
Pius Pont. M.
CRIBRUM. Frustra aquam illi injectam retinere conatis.
CURSUS. Quotidie sepulchro propior. *Engelbertus Abbas de ortu, & fine Rom. Imper.*
CLEPSYDRA.
Hec, ut aquam tempus, sic tua vita cleps.
DOMUS Ruinosa, ac fatiscens, quam variis casibus momento diruant, aqua, ignis, aer: opifex ipse, vel nutu.
EPHEMERIS. Non ultra diem: & hanc haud longam.
EXILIUM. Vox est Ecclesie nomine omnium hic viventium.
Diva Mater. Ade clamamus Exules filii Eoie. Quotquot ab Eva descendimus, Exules sumus. Ergo Exilium incolimus. Exilium est vita praesens. Exilium praeter alienum solum poenam, moeroreque dicit, vel connotat. Certè non aliter absentiam à ceelo, ceu patria, ferunt iusti, quorum conversatio in caelis, quam Exules abesse à Patria.
Magdalena apparuit Christus ut Hortulanus. Joann. 20. 15. quoniam Exulem paradisi in eum Dominus ipse revocabat, qui ex hortu ad crucem raptus est.
EXILIUM. Quis in ea omnibus satisfecit?
FABULA. Quomodo Fabula, sic Vita. Non quandi, sed quam bene ada fit, refert: Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas: desine: tantum bonam clausulam impone. *Seneca Epist. 77.* Memento Aetorem te esse Fabulae, qualem Doctor esse voluit: Si brevem, brevi: Si longam, longè. *Epistetus in Enchirid. cap. 23.*
FIDES. Intensa, remissa, ut Fidencem volent. *Stobe.*
FILUM. Quod facile rumpitur.
Clorbo colum basulul. *Lachesis met, & Atropos occidit.*
FLOS. Jam naribus adhibetur, mox pedibus calcatur.
FLUVIUS. In eo unda undam trudit, procella procellam, In vita, miseria miseriam.
FOLNUM. Viret, aret, ardet. *Greg. Triser.*
FOLIUM. Quod in paradiso ab arbore vita decidit. *Petrus Solatin.* in illud Pl. Non intres in Judicium.
Homerus:
Tale quidem est genus hominum, quale Foliorum.
FOLLIS. Vel acu tange, expirabit.
FUMUS. Index ignis, & incendii.
GLUMA. Folliculus est grani frumentarii, quem ventulus dissipat, & deicit. Gluma, & theca granum occultit, Vita hominis, merita.
HAMUS. Licet tentare omnibus: capere paucis.
HYSTRIUM.
Partes Caesaris ille.
Hic Mimi, hic Crassi, Sacrae ille gerit.
IRIS. Colores offendit, non habet.
LABOR. A juventute. Pauper sum ego, & in laboribus à juvenute mea. *Pf. 87. 16. 15.*
LABYRINTHUS. In quo mollires errores, & à Minois tauro, Caco-daemone, plura pericula.
LARQUEUS. Incautus.
LARVA. Quantum saepe monstrum sub monstro?
LECTUS. In quo mollires jaces, sed parum lucraris.
LUCERNA. in manu Dei.
LUNA. Nunquam in eodem statu.
LUSUS ALEX. in qua optimis quisque jactus Aleatori maxime expectendus est. Sed utcumque tamen ceciderit, adhibenda cura est, ut eo, quod casus tulit, rectissime utatur. *Plutar. de Tranquill. an.*

LUSUS CALCULORUM

In vita est hominum, quasi cum ludas Tesseris: si illud, quod maxime opus est, jactu non cadit: illud, quod cecidit forte, id arte, ut corrigas. *Tertent. in Adspbb.*

LUSUS CALCULORUM

Juvat videre hominem in vita laborem, & tanquam deservit fatigationem?
in tabula ponatur aperta.
Calculus. In vitro peragatur mille bella.
Ut nives nigras, nunc, ut niger alligat albos.
Attende calculos, homines esse puta.
longo venit ille recessu.
Qui fuit in speculis, sic se committere rixae.
Audet, & in praedam venientem decipit hostem.
Accipias subit ille moras, & nullisque ligato.
Obligat ipse duos: hic ad majora movetur.
De cibus, & frastra perumpat in agmina mandra.
Claustraque desit populat. venia vello.
Interea sedis, quamvis acerria surgant.
Prælia militibus, plena tamen ipsa phalange.
Aut etiam paucis spoliata milite vincis.
Aut tibi captiva velonantibus utraque turbæ.
Moc non tam pugna, quam vita humana simulachrum est.

LUSUS LATRUNCULORUM

Idem erat, qui Calculorum. Calculi latrunculi dicebantur: & divisi erant in turmas, colore divisi: turmis itaq; instructis, veluti, qui congregati acie parant, hinc inde sub imagine hostium concurrebatur.
Haud secus concurrebat in Vita, ut in Tabula latruncularia ab hominibus Tu
Isidororum si ludis bella latronum
Cautè agas, nulli facile fidas.
Nam
Gemmas iusto tibi miles, & scoffis erit.

LUSUS SCACCHIA

Differt ab haecenus dictis. In eo tamen etiam Ludimus effigiem belli, simulatque aetis
Prælia, buxo acies fistas, & ludicra regna,
Ut gemini inter reges, albuque nigræque
Pro laude oppositi centent bicoloribus omni.
Quod in Scacchorum alveolo, hoc fit in vita. Cernit tabulam lusoriam sexaginta quatuor areolis distinctam, novem lineis ex unaquaque parte se mutuo interfecantibus: in quibus duo scrupuli regum regum praesentem: duo alii reginarum: quatuor equitum, quatuor scacchorum: quatuor centurionum, seu Elephantorum turris regum, sexdecim denique minores pedum.
Scacchorum ab alveolo vita hæc band discrepat.
Non loci plus Rex, quam Sotelles occupat.
Hic currit saliens, & ille utraque.
Sunt lignea omnia, cum nomen differat.

LANGUGO

Spes impii, quæ illius vita, tanquam Langugoque à vento tollitur. *Sap. 4. 15.* Quam facile levis exciccato existens herbæ flore materia, aut tenera lana mollietis in pomis à vento, tam facile vita dispellitur.

MANNA

Quod colligendum pro septima quietis die.

MARE

Volvit, & curripit, naufragiumque frequens.
MOLENDINUM. Circumagitur semper, at non sibi, sed aliis.
MOMENTUM. Ex Philosophi illius sententiæ, qui rogatus, quid esset hominis vita, parumper moratus, se abscondit. *Rodulph. Agric. de Juvenc. lib. 1. c. 24.*
MIMUS. Vitam, Mimium vocat *Epistetus in Enchirid. 9. 23.* quem illustrat *Simplicius. Seneca etiam Epist. 30. Thales, & H. Bion apud Laertium.* Augusti quoque morturi quæstum fuit: *Ecquid hunc Mimium vite fatis commode egisse videretur?*

NAVIS

In qua ad portum tendimus omnes. *Greg. in Regist.*
NIX. Attactu mortuus.
NOX. Cujus errores detegit ortus.
ORGANUM. Auram excludit, tacebit.
PICTURA. Quæ vel mollis spongia deleri potest.
POMUM. Fortis rubet, intus putet.
PORTA. Ad columen, vel orcum?
PULVIS. Memento, homo, quia pulvis es, & in pulverem revertetur. *Gen. 3.*
PÆONIA Flos, in quo ultra quingenta folia, cadat pluvia, Sol astuet, folia omnia decidunt: illic deo decor evanescit.
Hæc Rosa centupli ceu flore decora, caduca est:
Sic forma, & vite mox perit omne decus.
Festinat decurrere velox.
Flosculus, angustæ, misereque brevissima vita.

Portio,

Portio, dum bibimus, dum seris, unguenta, puellas.
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.
PILA. Jactari flucta. *Petrarch. de remed. fort.*
PRUINA.
Vita solet solvi morbo, ceu sole pruina.
PUNCTUM. Vix aliquid.
ROS. Non durat ad vesperum.
ROSA.
U Rosa manet viret, tamen ex mox vesper languet:
Sic modo, qui fuimus, cras levis umbra sumus.
SCENA. Eundem par ostios, & mox, & hinc, & illuc.
Ubi gradus juvenis, & qui vis ædvis.
SCENA. Eundem par ostios, & mox, & hinc, & illuc.
Ubi gradus juvenis, & qui vis ædvis.
Seria postponitur, vel cruciari miser.
Tolle speratum, & omnia vana videbis. *Chrsost. in Synesius.*
SACCUS PERTUSUS. Quidquid inieceris, abjeceris.
SEMENTIS de melle nil certi promittens.
SAGITTÆ. Penna, atque volat, & evolat.
SCINTILLA. Neglecta magna saepe excitat incendium multis æternum.
SPECTRUM. Quod in tenebris errat. *Philo Jude.*
SOMNIUM. Heu mihi ubi sum? quid patior? quæ incendia? qui fluctus? quos hostes?
SPECULUM. Omnes prodit.
SONUS. Cum esse incipit, desinit.
SPINA. Tantum nata ad pungendum.
SYMPOSIUM dulce, & magnorum sumptuum.
SPONGIA. Ad lacrymas nata.
STIPULA. Per ignem subito cinis.
SPECTACULUM. Ipso ceelo ad spectandum effuso.
SIMULACRUM. Formosum, sed lignum.
STILLA. Cadendo durat.
STADIUM. Ex quo pugil lassus iste festinat, ut vulneribus medetur. *Chrsost. & Hom. 6. de virtute.*
SPECULA. Miseriam.
TERRÆ. Ludenti scilicet, vel fecus cadit, prout fors vult: sic & vita nostra, etiam dum fiat, cadit.
THEATRUM. In quo saepe pessimi quique honoratissimi locum obtinent. *Stob. Sermon. 104.*
TIBIA. Videre discrepet. *Cic. in Offic.*
TORRENS. Turbulentus, violentus, obstreperus. *Epistetus.*
TROCHUS. Ab rotante pendet. *Phocylides.*
TRUINA. Cujusque opus quantum sit, offendit.
VAPOR. Ad modicum patens. *S. Jacob. in Epist.*
VESTIMENTUM. Post usum, finis.
VALLIS LACRYMARUM. Quis nunquam flevit?
VITRUM. Pulchrum, sed fragile.
UMBRA. Putatur esse, & non est. *Engelber. Abb. de Inter. Rom. Imp. cap. 17.*
UMBRÆ SOMNIUM. Sinihil umbræ, quid, quæso, umbræ somnium?
URBS. In qua propter multitudinem incurfantium, alicubi labi necesse est, alicubi tuleri, alicubi respergi. *Sen. lib. 3. de Iracund. cap. 6.*
VINUM. Medicum aceticum.

* VITÆ HUMANE HIEROGLYPHICUM

Vitæ hujus mortalis hieroglyphicum veteres statuunt Ignem, & Aquam, dicit namque *Arifot. lib. de vita, & morte* vitam consistere in calido, & humido, est, à calore, & humiditate in corpore coactis dependere.
ROMULUS cum primum populum Romanum in centurias distribuisset, qui unam ducibat, manipulum scæni in conto præferebat. Unde & nomen manipuli mansit: Attamen Christiani eo symbolo vite brevitate expriment, juxta illud Prophetæ, Omnis caro fenum. *Isa. 40.*
Alia vita imaginem palmo, cui 4. digitæ ad hærent, expriment, inducti verbis Davidis *Psal. 39.* Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Alii (palmares) legunt.

* VITÆ DURATIO, CONSERVATIO, PROPAGATIO, LONGÆVITAS.

De primùm eandem cause.
Vitam in calido, & humido consistere paulo antè dictum est: Unde & illius duratio, aut brevitatis, in istem optime, aut parum aptè temperatis, & idoneam, vel exiguam proportionem habentibus consistit.
At præter hæc alias causas extrinsecas advenientes Philosophi agnoscunt. Suntque imprimis corporum celestium influxus, siderumque aspectus, & irradiatio: tum ea, quam quisque in genitura, & ortu suo habuit, quam quæ ad regionem, in qua versatur pertinet.
Facit quoque ad id foli, & regionis bonitas, aut inclementia, teste *Arifot. de gener. anim. c. ult.* Siquidem hæc corpus affluide alterant, ac permittunt, & nonnumquam ejus substantiam nimio æstu dissipant, nunc frigore arefaciunt, & congelant.
Propter cæli, solisque favorem in ea India parte, quam Onot vocant, indigenas longævos, & integra valetudine esse perhibent, ita ut alii ad centesimum, & vigesimum annum eruda, viridique senectæ perveniant, alii etiam multo diutius vivunt.
Item in quadam India plaga narrat *Plin. lib. 7. c. 2.* homines non expuere: non capitis, aut dentium, aut oculorum, rarò aliarum corporis partium dolore affici.
Idem scribit gentem, quæ Pandora dicebatur in convallibus sitam, annos ducentes vivere solitam, in juvenia candido capillo, in senectute nigro.
Ad hæc in fastigio montis Argi scribit *Solinus, c. 21.* oppidum fuisse Achorum nomine, in quo dimidio longior, quam illis regionibus incolentium vita prorogaretur.
Multum etiam habet momenti ratio vidus: si enim is temperatus sit, maxime delabentis fluxum commodè reficit, vitæque servat, & promovet: si modum excedat, alendi vires labefactat, quod quotidiana docet experientia. *Legg. Plutar. in orat. de stu. caru. in trad. de præcep. bone val.*
Solent etiam vitam minuere labores intempestivi, animi perturbationes, profusa corporis voluptates, frequentes curæ, assiduis moeror, cæteraque id genus, quæ aut naturæ calorem dissipant, aut coactum præfocant.
EXEMPLA. LONGÆVI QUI.
Populi.
Josephus lib. 1. c. 3. Antiqui decem historicos laudat, qui vitam hominum tradunt modò sexcentos, modò nongentos annos superasse: Manethonem, inquam, Berosum, Mochum, Hestium, Hieronymum, qui phœnicum veteres historias collegit, Hesiodum, Hecatazum, Hellenicum, Acusilum, Ephorum: his etiam addemus Xenophontem, cujus auctoritate *Plinius, ac Valerius* utuntur, is enim regum maritimum ætates aliquot complexus, unum quidem vixisse tradit annos dc. alterum dccc. *Joan. Bod. Methodi hist. c. 8.*
HELLANICUS ait, quosdam ex gente Epeorum, quæ est pars Ætolie, ducentes explere annos, eique subscribit Damiatæ, vel Damastes: hoc amplius affirmans, Fitorium quendam ex his maximarum virum, staturæque præcipuæ, trecentesimo annu cumulasse. *Valer. Max. lib. 8. cap. 14. Plin. lib. 3. cap. 48.* Pictorum vocat.
Muficani, Indie populi, centum, & triginta annorum ætatem agunt. *Sabellicus.*
Seres Indi tam longæ dicuntur vitæ, ut ducentesimo annu excedant. *Strabo lib. 15.*
In Tmol montis cacumine locus est Tempis dictus, in quo vulgo cl. annos vivunt. *Plin. 7. lib. cap. 48.*
Cynos Indorum genus Isgonnis annis centenis quadragenis vivere tradit. *Aethiopsitem* Macrobius, & Seras, & qui Athon montem incolunt: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti, nec vestibis eorum noxia corpori inesse animalia. Onesticus, quibus in locis Indie umbræ non sint, corpora hominum cubitorum quinquorum, & binorum palmorum existere, & vivere annos cxxx. nec senescere, sed ut medio ævo mori. Crates Pergamensis Indos, qui centenos annos excedant, Gymmetas appellat, non pauci Macrobius. Cretas gentem ex his, quæ appellatur Pandora, in convallibus sitam, annos ducentes vivere, in juvenia candido capillo, qui in senectute nigrescat. *Plin. 1. 7. c. 2. Is. Val. Max. lib. 8. c. 14.*
Scripsit Solinus, Athon montem Macedonia, qui inter sex altiores mundi montes adnumerari debet, arcem Aethon in vertice habere, cujus incole dimidio plus cæteris mortaliibus vivunt: nec ibi cineres aut aquis dilui, aut ventis evoli. Cui etiam sententiæ de vitæ diuturnitate Pomponius Mela subscribit. *Card. de Subl. lib. de Elem.*
Ponè montes Rhiphaeos, ultraque Aquilonem, gens feli, si credi-